

# TRACTATUS

CELEBERRIMI VIRI

D. VITALIS DE CAMBA-

NIS IVRIS VTRIVSQUE

DOCTORIS

IN CLAVSULAS ET

CONCLUSIONES VTRIVSQUE

CENSURAE: CVM SVMMARIIS

ET INDICE NVPER

ADDITIS.

*Num. 42 cap. 8. num. 24. Dupl. 24.*

REM MAXIMAM SIBI



COMITIT PRVDENTIA.



LVGDVNI,

Apud Gulielmum Rouillium sub scuto Veneto.

M. D. XLVIII.

*es de la com. de Jhs de sala  
y de su libreria*

BIBLIOPOLA  
LECTORI,

SALVTEM.



NON ignoro Lector beneuole, par-  
tim incondito, partim eleganti  
sermone multos de iure tam Cæ-  
fareo, quàm Pontificio scripsisse,  
aliosq; , à vero & perfecto Legis  
intellectu discessisse, adeò, quod  
aliquando elegans, & propria Iureconsultorum  
sententia, inani & confusa nōnullorum commen-  
tatione subuertitur. Et quamuis nostra ætate Do-  
ctorum hominum diligentia scribendo, commen-  
tando, docēdo effectum est, vt nemo ferè à Latiali  
sermone alienus in auditorijs sedeat. Nihilominus  
tamen quia Tractatum Clausularum Pontificis,  
& Cæsarei Iuris opus admodum vtile in manus  
meas venit. Quod, primùm Doctorum habito cō-  
silio, nolui præterire: quin correctis mendis, huicq;  
additis nonnullis Argumentis, alia Typorū elegā-  
tia, quàm antea in publicum exiret. De Authoris  
autem eruditione multa dicere hīc possem sed  
satis opus præsens, quantum scientiæ, &  
eruditionis habuerit, demonstrat,

Qua de causa Lector studio-  
se, læta fronte accipe ea  
quæ candidissimo  
certè animo  
nūcupaui  
Vale,

# TRACTATUS

CELEBERRIMI VIRI

D. VITALIS DE GAMBANIS

Iuris vtriusque doctoris, in Clausu-

las & Iuris vtriusque Conclu-

siones, cum Summariis &

Argumentis nuper

additis.

## SUMMARIUM.

- 1 *Generalitas ad quæ referri non debeat.*
- 2 *Generalitas non damnosa.*
- 3 *Perdere velle suum non est verisimile.*
- 4 *Verba ambigua, siue obscura, quomodo sint intelligenda.*
- 5 *Pactum obscurum an interpretetur in eum, in cuius fauorem factum fuit.*
- 6 *Fides bona in quolibet contractu præstanda.*



**C**LAUSULA illa generalis, Et generaliter de omni eo quod peti posset usque in præsentem diem: apposita instrumentis quietationum, refertur ad illud tantum de quo fuit litigatum et cogitatum, & erat lis seu quæstio, & de quibus inter partes fuit transactum: vt in l. si de certa. c. ubi no. in gl. & doc. C. de transac. & l. qui cum tutoribus. & l. tres fratres. ff. de transac. & l. si ex pluribus. ff. de solu. Nam † generalitas non refertur ad ea, de quibus non est cogitatum nec est dictum: quia generalitas non debet intelligi vt alicui partium † sit damnosa seu captiosa. l. cum Aquiliana. ff. de transac. Item prædicta verba non porriguntur ad ea, quæ debentur ex testamentis nisi expressè hoc fuerit actum: sed comprehendunt ea, quæ debentur inter vivos dūtaxat: vt l. Paulo Callimacho. §. Pomponius. de legat. iij. facit l. de his. l. iij. §. j. ff. de transactio. sicut nec generalis quietatio ad ius fideicommissi porrigitur: nisi hoc agatur expressè.

1  
2  
3  
4  
5  
6

uis quilibet in solidum fideiussit, & hoc est beneficium ipsius epistolæ, de cuius renunciatione tabelliones nostri temporis faciunt magnam gulam. Et quia materia huius epistolæ in summa Azo. indiscussa remansit, & ferè ab omnibus dominis. Ideo in primis videamus quid sit eius beneficium. Secundò, inter quos locum habeat. Tertio, quando habeat locum. Quarto, quando cesset. Quid sit eius beneficium? supra dictum est. & probatur instit. de fideiussor. §. si plures. & §. seq. & ff. de fideiussor. l. si fideiussores. & l. seq. Item locum habet inter mandatores, & fideiussores, & constitutores. C. de constitut. pecunia. l. si. Item inter tutores. ff. de tutel. & rati. distrah. l. j. §. nunc tractemus. Sed inter plures reos debendi olim.

Explicit Tractatus Clausularum Do. Vitalis de Cambanis I. V. Doct. qui satis est copiosus & utilis in materia propria, tam in iudicando, quam in aduocando & legendo: ubi sunt exquisitæ auctoritates Doctorum & Iurium.

Lugduni,

EXCVDEBAT IOANNES

AVSVLTVS.

